



# Romanorum viae militares per Gallicam Belgicam

<http://hdl.handle.net/1874/253335>

V. S. 651  
panolet  
CC 651  
plano

# ROMANORVM VIÆ MILITARES PER GALLIAM BELGICAM.

Gallia Belgicae divisio.

**G**ALLIAM comitam a se subjugandam (nam togata & braccata iam antea in provincias erant redactæ) C. Julius Cæsar, lib. I. de bello Gallico, in BELGICAM, CELTICAM & AQUITANICAM dividit.

Gallorum omnium (inquit idem) fortissimi sunt Belgæ, proximique Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continentem bellum gerunt.

BELGICA a fluminibus Matrona & Sequana, Oceano Germanico & Rheino, ab ejus ostiis ad Helvetos usq; cōcluditur. Octavianus Augustus (qui I. Cæsari in Imperio succedit) torum hunc terræ tractu tres in partes distinxit, videlicet in GERMANIAM PRIMAM seu superiorē, GERMANIAM SECUNDAM seu inferiorē, & BELGICAM propriè dictam: ut ex Dione lib. 53. & Tacito lib. I. Annalium datur intelligi. Constantinus demum Magnus Imp. Belgicam propriè dictā in PRIMAM & SECUNDAM divisit.

In Belgica prima (cuius metropolis Augusta Treverorum) quattuor civitates seu populi numerantur, Treveri, Mediomatrici, Leuci & Veroduni.

In Belgica secunda (quæ omnia latissimè patuit) populi X. communitantur, Remi, Sueiones, Catalauni, Silvaniæ, Belluvaci, Ambiani, Veronandui, Atrebates, Nervi, Morini, & in his Bononienses. Nerviorum clientes I. Cæsar facit Centrones, Grudios, Gordunos, Pleumofos & Leuacos. Morini à Moris (nostrâ lingua Moren, hoc est, paludibus) sic dicti, medias inter paludes habitabant: quæ nunc occidua est Flandria regio. Belgicæ porrò secundæ metropolis fuit Durocortorum Remorum.

Germaniam primam seu superiorē Vangiones, Nemetes & Triboci incolunt. Sub Vangionibus non solum Wormatienses, sed & Moguntini olim continebantur. Sed Moguntiacum ad Rheni & Meeni confluentes postea à Romanis ædificatum, metropoliticam in Germania secunda dignitatem demum obtinuit, hodieq; obtinet.

In Germania secunda seu inferiore (cuius metropolis Colonia Agrippina) populi præcipui duo sunt, VBII & TVNGRI: nam ad illos duos ceteri ferè revocari possunt. Sub Tungris comprehenduntur ij populi, quos Cæsar uno nomine Germanos appellari dicit, videlicet Eburones, Condrusi, Remani, Segni, & Careni. Qui quidem populi quinque, cum Advaticis & Betafis, generali Tungrorum nomine, subsequentibus scilicet, comprehensi fuerunt.

ToxANDRI partim maritimis, partim mediterranei olim fuerūt. Maritimæ extera, hoc est, Zelandicas insulas incolebant: mediterranei hodiè Campaniæ appellantur. Quæ quidem loca, I. Cæsaris aeo, à Menapijs tenebantur: quorum pars verisimiliter Toxandrii ipsi fuerunt.

Via militares Romanorum per Galliam Belgicam: ex Antonini Augusti, cognomento Philosophi, Itinerario.

ITER ab Argentorato ad Vetera Castra, Breucomagus, Brumad, Cōcordia, Kocherseppe; Noviomagus ad Rhenum, Spey, Bingium, Bingen; Baudobriga, Boppardë; Antunnacum, Andernach, Bonna, Bon; Colonia Agrippina, Colen; Durnomagus, Dourmagen; Buricum, Burick; Novefium, Nuy; Gelduba, Gelb vicus; Calo, Cellern; Vetera Castra, Santen, opidum Ducatus Clivensis, à S. Victore alijisque sanctis Thebaæ legionis militibus, eo loco Maximiani Imp. iussu, pro Christo an. 298. caeis, sic dictum.

Iter à Durocortoro Remorum Gessoriacum sive Bononiam. Sueiones, Soissons; Noviomagus, Noyon; Ambiani, Amiens; Pontes, Pontieu; Gessorium, Bologna.

Iter à Durocortoro Treveros. Longovicus, Longrig, uno milliari ab urbe Trevirensi. Eposium seu Epovissus vicus, Ivois, nunc opidum Ducatus Luxemburgensis; Orlaunus vicus, Arlon, opidum Ducatus eiusdem; Epternacum, Echternach; opidum ditionis eiusdem; Treveri, Trier.

Iter à Lugduno Batavorum, capite (hoc est, initio) Germaniarum, Argentoratum. Albinianæ, Alfen vicus; Trajectus Rheni, Utrecht; Manariacum, Maurich vicus ad Rhenum. Carvo, Grave Cluverio, Reynecem alijs; Arenacum sive Arenacium, Arnhem; Burginacum, Cranenburg; Colonia Trajana, Kelle, vicus prope opidum Cliven; Vetera, Santen; Calo; Novefium; Colonia Agrippina; Antunnacum; Confluentes, Coblenz; Bingium, Bingen; Noviomagus ad Mosellam, Namagen; Aufonio Nivomagus; Treviti; Divodurum Mediomatricum, Metz; Pons Saravi, Sarbrug; Argentoratum, Strasburg.

Iter à Treveris Coloniam Agrippinam. Beda vicus, Bidburg; Aufana, Pallescheid; Ecorigium vel Icorigium vicus, Ray; Marcomagus, Duren, opidum ditionis Iuliacensis, Tacito Marcodurum; Belgica, Bellingen vel Balck-husen; Tolbiacum vicus Vbirorum, Zullich, nunc opidum diœcesis Coloniensis.

Iter à Treveris Argentoratum. Baudobriga, Boppaert, opidum diœcesis Coloniensis; Salisso, Bingium, Bingen, opidum diœcesis Moguntiæ, ad Binnagum fluvium, ubi Naca fluviolus in Rhenum influit; Moguntiacum; Brotmagus, Brovad; Noviomagus ad Rhenum, Spier; Argentoratum.

Iter à Colonia Trajana Colonianam Agrippinam. Mediolanum, Moyland; Sablone, Sambeke int Sand, vicus; Mederiacum, Mierle; Teudurum, Tuddert, municipium prope Sittardiam ditionis Iuliacensis opidum; Coriovallum, Valkenburgh, opidum ditionis Limburgensis; Iuliacum, Gulick; Tiberiacum, Berchem, Ducatus Iuliacensis opidum; Colonia Agrippina.

Iter à portu Gessoriacensi Bacavum seu Bagacum usque. Taruenna Morinorum, Teruane, urbs episcopalis, an. 1553, iussu Caroli V. Imp. funditus excisa; Castellum Morinorum, Cassel Flandriæ occidua opidum, in monte situm; Viroviacum, VVerveke, municipiū ad Lisam; Turnacum, Tournay, urbs episcopalis ad Scaldim; Pons Scaldis, Escapont vicus primo lapide supra Condatus, prope vicum Fresne; Bacavum seu Bagacum, Bavay, Hannonia opidum.

Iter à Castello Morinorum, per compendium, Turnacum usque. Minariacum, Pont d'Estre, quod est municipium gentis Montmorenciæ, Comitatus titulo clarum, ad Lisam flumen, Turnacum, Tournay.

Iter à Castello Morinoru Coloniæ Agrippinæ, Minariacum, Pont d'Estre; Nemetaucum, Arras, Cæsari Nemetocenna, caput Atrebatiorum; Camaracum, Cambrai; Bacav, Bayay, Vogdoriacum sive Vogdoriactu, VVandrè, vicus prope Binchium Hannonia opidu; Geminacum (quod nonnulli volunt hodie esse Gemblacum, Giblou, Gallo-Brabantia opidum, sed non recte: Gemblacum enim lögæ absit à via militari, illo in tractu notissima) Perviciacum, Peruez, vicus Gallo-Brabantia, titulus Baronie clara; Advaticum sive Advaca Tungrorum, Tongre; Coriovallum, Iuliacum; Colonia Agrippina.

Iter à Taruenna Durocortorum Remorum. Nemetacum, arras; Camaracum; Augusta Veromanduorum, Vermand l'Abbaye; Aginum; Augusta Suezionum, Soissons; Fines, Fimes opidulum sexto lapide à Remensi urbe sum; Durocortorum, Reims.

Iter à Samarobriva seu Samarobriva Ambianorum Sueziones usque. Curmiacum, Croiy; Cæsari magus Bellovacorum, Beauvois; Litanobriga seu Latanobriga, Creil; Augustomagus Silvaneum, Senlis; Sueziones.

Iter à Bagaco Nerviorum Durocortorum Remorum usque. Duronum, Doren; Verbinum, Vervin; Carisiacum vel Carusiacum, Chau; Minaticum, alijs Nintiacum, Nizy le Comte; Muenna, alijs Ouenna; Durocortorum, Reims en Champagne.

Via militares ex Tabula itineraria Peutingeriana,  
circa annum Christi 400. concinnata.

ITER ab ostio Rheni usque Noviomagum ad Vahalim fluvium. Lugdunum Batavorum, Leyden; Prætoriū Agrippinæ, Romburg; Matilo, Coudewatere vicus; Albiniane, Alfen vicus; Niger pullus, Voerden, opidum Holladiæ, Lauri,

Rheni opidum Hollandiæ, Fletio, Fleeten seu Vluten, vicus inter Trajectum Rheni & Woerdam; Leuæ fanum, Leuven; vicus; Carvo, Grave opidum ad Mosam; Castra Herculis, Erkelens opidum ditionis Galtricæ; Noviomagus, Nimegen. Ceterum Magus, veteri lingua Celticæ, idem est quod Trajectus.

Aliud iter ab ostio Rheni usque Noviomagum. Lugdunum, Leyden; Forum Adriani, Vorburg seu Foerburg; Flevium, Delft opidum Hollandiæ, ad Fossam Corbulonis situm; Tabla, Alblas vicus; Capingium, Giesemburg arx nobilis; Ad Duodecimum, locus videretur idem esse, qui Vada Tacito in adverba ripa dicitur, Wageningen; Noviomagus, Nimegen.

Iter à Castello Morinoru ad Bagacum Nerviorum. Castellum Morinoru Viroviacum, Turnacum; Pons Scaldis; Bagacum seu Bavacum.

Aliud iter à Castello Morinorum ad Bagacum; Castellum Morinorum. Taruenna; Teucera, Tievre vicus Articæ; ad Altæcum fluviolæ, prope opidum Pac; Samarobriga; Augusta Veromanduorum; Augusta Suezionum.

Aliud iter Augustam usque Suezionum. Samarobriga; Setucus; Rodium, Roye; Lura; Augusta Suezionum.

Aliud iter Augustam usque Suezionum. Lutomagus; Ad Lullia, Argoules; Du-rocoregus, Dourrier, municipiū Articæ; Semcis; Rodium, Roye; Lura; Augusta Suezionum.

Iter à Noviomago Batavorum ad Confluentes. Noviomagus, Nimegen; Are-natum seu Arenacum; Burginatum, Cranenburg ditionis Clivensis opidum; Colonia Trajana, Kelle; Vetera Castra, Santer; Alciburgum, Ptolemao Alciburgum, Asburg; Novefium; Agrippinensis Colonia; Bonna; Rigomagus Remnegem; Confluentes, Coblenz.

Iter à Noviomago Batavorum ad Confluentes. Noviomagus, Nimegen; Are-natum seu Arenacum; Burginatum, Cranenburg ditionis Clivensis opidum; Colonia Trajana, Kelle; Vetera Castra, Santer; Alciburgum, Ptolemao Alciburgum, Asburg; Novefium; Agrippinensis Colonia.

Iter à Colonia Treveros. Colonia; Marcomagus, Icorigium; Aufana; Beda; Augusta Treverorum: de quibus supra diximus.

Dignitates tam ciuiles quam militares per Galliam Belgicam:

ex Notitia Imperij circa annum 432. scripta.

DUX ET PRÆSES GERMANIAE PRIMAE.  
DUX ET PRÆSES GERMANIAE SECUNDÆ non nominatur in Notitia, eo quod Coloniam Agrippinam tunc Franci, pulsis Romanis, obtinenter.

DUX ET PRÆSES BELGICA PRIMÆ similiter omittitur: duæ tamen in ea dicuntur fuisse legiones, una Letorum Lagienum propè Tungros, altera Latorum Actorum in Eupo. Est autem Lagium, Lovage, vicus ad fl. Icora, primo lapide ab opido Tungreni; cuius in cœmeterio hodieque exstant vestigia veteris arcis seu munimenti Romani.

DUX BELGICAE SECUNDÆ. Sub cuius ditione fuerunt Equites Dalmatae MARCIS in littore Saxonico, hodiè Mardijk, in littore Flandrico, inter Dunker-cam & Gravelingam.

Sub eiusdem Dux dispositione fuit Praefectus clavis SAMBRICÆ, in loco Quar-teni sive Hornensi, & Tribunus milium Nerviorum in portu Gessoriaco, seu Bolonia.

Per Classem Sambricam sunt qui purant designari eam, quæ olim stationem habuerit cōtra Francos & alios barbaros in Sabi seu Sambra flumine, in Quar-teni sive Hornensi loco, hoc est, in veteri Romanorum castello, quod hodieq; in rupe exstans, inter Quartensem & Hornensem vicos Hannoniae. Quartes & Harny, ad Sabim, haut procula Melbodio Hannoniae oppido: ubi & pons antiquis super Sabi monstratur. Alij Classem Sammaricam legunt, & hinc notari existimant eam, quæ stationem habuerit haut procul ab Oceano in Samara flu-mine, & in loco Quartensi sive Hornensi, hoc est, in vicis Grotoy & Hourdel.

COME S ARGENTORATENSIS.

DUX MOGVNTIACENSIS: sub cuius dispositione fuerunt,

Praefectus milium Pacensis, Saletone,

Praefectus milium Menapiorum, Tabernis,

Praefectus milium Anderenicianorum, in Vico Iulio,

Praefectus milium Vindicum, in Nemeibus,

Praefectus milium Martenium, ad Altam ripam,

Praefectus milium secunda Flavia, in Vangionibus,

Praefectus milium Armigerorum, Moguntiæ,

Praefectus milium Bingenum, Bingy,

Praefectus milium Baiulatiorum, Bodobrice,

Praefectus milium Defensorum, in Confluentibus,

Praefectus milium Acimennum, Antunnaci.

THESAURI præterea fuerunt Remis, Augusta Vindelicorum, Lugduni, Arelate, Ne-maui & Treveris.

ARGENTARIÆ Remis, Treveris & Arelate; quibus præterat Præpositus Bram-bariorum.

MONTES Treveris, Lugduni & Arelate.

GYNECEVM seu Gynecium (id est, locus in quo mulieres consuebant vestes militares, vela & alia id genus) fuit Remis, Tornaci, Treveris, Lugduni, Arelate & Au-gustoduni; quod poster translatum est Metas.

Fuerunt & FABRICÆ; Argentoratensis armorum omnium; Matricenensis, sagittaria; Augustodunensis, loraria; Suezionensis scutaria, balistaria, clibanaria; Re-mensis, spataria; Treverensis, scutaria & balistaria, Ambianensis, spataria & scutaria.

Fuit denique LINIFICIVM Viennense.

In XII. Legionibus Palatinis fuerunt & hæ legiones: TVNGRIANI seniores, lecti ex Tungris, quorū Amm. Marcellinus lib. 26. & 27. meminit. CIMBRIANI, lecti ex Cimbris, qui sub Comite Africa militabant.

In LX. auxiliis Palatinis fuere BATAVI seniores, qui interdum Comiti Italæ parebant, interdum inter auxilia Palatina primi Magistri militum præsen-talis numerabantur. Ammianus lib. 20. & 27. eos Herulis jungit, quia simili militabant, vocatque eos Auxilium velitare. MATTIACI seniores sub Comite Italæ, & in Oriente sub primo Magistro militum præsentali merebant. NERVII sagittarij, ut & Tubantes, sub Comite Hispaniarum stipendia faciebant. Salij, Bructeri, Ampsivarji, BATAVI juniores, NERVII Gallicani, sagittarij, & COR-TORIACENSIS sub Magistro equirum in Gallijs militabat. SEQUAMI & TVNGRI Comitem Illyrici sequebantur.

In legionibus Comitatensibus Magistri peditum per Orientem fuerunt MENAPII seniores, Vesontines seu Vesontienses, Mattiarij juniores & Germani-can. Sub dispositione Comitis & Magistri equitum præsentalis, inter Vexilla-tiones novem Palatinas, itemque sub Comite ac Magistro equitum Galliarum, fuerunt equites BATAVI seniores, & equites BATAVI juniores. Haec tenus ex Notitia Imperij.

Bavaci Antiquitates Romane.

COLVNA MILLIARIA exstat, ad quam via septem militares finiuntur, vel potius ordinuntur. In codem opidum citram viuant muri ac ruinae CIRCUS à Romanis strati formâ oblongâ vulgo Chapel vocant. Circus iste in longitudine ad DCL. pedes & in latitudine ad trecentos L. olim patuit: ut ex fundamentis ac ruderibus colligi datur. Sub ipso templo parochiali Bayencis partitum: velut crypta restans, quæ THERMARVM reliquias effe, eruditis suscipitur. Extra opidum visitur. A QVAEDVCTVS insignis & amplius; qui facto olim initio ab ipso opido, ultra Sabim flumen, usque ad vicum Floriacum, vulgo Floris, ad quatuor circiter milia extendit. Muri ipsius Aquæductus plerisque locis adhuc sunt integri, & ab accolis Murs de Ayda nuncupantur. Ay nostris majoribus idem quod aqua, Dn, id est, ductus. In dico vico hodieque fons ipse fluit, & restans vetus Romanorum ædificiorum ruderæ. Porro in opido & agro Bayencis plurima quorundam numismata opera item figurina, atque antiquitatis Romanæ monumenta eruuntur. Inter numismata sunt ea frequentissima, quæ Postumum tyranum exprimit, utpote qui annis decem in Belgia refederit, res multis contra Francos irrumperem praclaræ gesferit, & annis septem timperum Galliarum tenerunt. Fuit autem Bayacum seu Bagacum olim ursa portens, ampla ac splendida, ut ipsæ latentum ac restantium operum moles loquatur. Ex Ptolemao certè con-sit, Bayacum olim fuisse urbem primariam Nerviorum: id estque existimo, superiorem Nerviorum Episcopum (qui Concilio Agrippinensi, cum S. Servatio Tungorum Episcopo, an. 349, interfuit) non Tornaci, sed Bayaci refessi; sedemque Episcopalem Nerviorum Bayaco Cameracum translatum fuisse, Bayaco à Francis primum, dcinde à Vandals & Hunnis, cum Belgica panè universa, vastato. Hæc de Bayaco, ROMA in quaum BELGICA, hoc loco dixisse sufficerit. Plura qui volet, nostros Annales Belgicos consulat.

A. Mireus Brux. publicat.

G. Esrix approbat.

Antwerpia apud Ioannem Cuobbarum 1633.

